

1 Considerent Patres qua ratio iniri possit, ut Patriarche, Archiepiscopi, Epi et ceteri omnes animarum curam habentes in suis Ecclesijs resideant, et ab eis non nisi iustis, honestis, necessarijs, et Ecclesia Catholica utilis de causis absint

2 Item an expediat, ut nemo ordinetur ad sacros ordines, nisi ad certum aliquem beneficij titulum. Compertum est n. multas comitti fallacias, ex eo quod pleriq. ad titulum Patronij ordinantur

3 Et quod ordinantes nihil omnino recipiant pro collatione quorumcumq. ordinum, neq. etiam eorum ministri, aut Notarij

4 An iisdem concedendum sit, ut de prebendis non servientium possint distributiones quotidianas constituere, in illis Ecclesijs, in quibus nulla sunt distributiones, aut ita tenues, ut negligantur

5 An Parocia omnes, qua ob suam amplitudinem plures requirunt sacerdotes, plures etiam debeant habere titulos ab Ordinario instituendos.

6 Beneficia quos curata, quae idonea provisione, videlicet sacerdotalis carent, an sint reformanda, ita ut ex pluribus titulis, unus tantum ab Ordinario constituatur



7 Cum Rectores Parochialium multi sint parum idonei, qui vel ob imperitiam  
aut vitæ turpitudinem destruant potius quam edificent subiectum  
sibi gregem, et deteriores aliquando habeant Vicarios. videndum  
est quo modo huic malo medendum foret. Num expediret eis  
dari coadjutorem, sive Vicarium idoneum cum assignatione  
fructuum arbitrio Ordinarij

8 Ordinarijs an sit concedendum ut beneficia et Cappellas uetustate  
collapsas, quæ ob paupertatem restaurari nequeant in matrices  
Ecclesias transferre possint

9 An decernendum sit beneficia comendata, etiam regularia, uisitari  
ab Ordinarijs, et corrigi

10 Matrimonia clandestina an in futurum debeant declarari irrita  
esse, et nulla

11 Quæ conditiones sint declaranda ad hoc, ut matrimonium non dicatur  
clandestinum, sed in facie Ecclesie contractum

12 Deniq. magnopere considerandum esset, quid constituendum sit, circa  
quosdam non paruos abusos